



2b. 15



ⲙⲉⲛⲁⲓⲓⲟⲩ sive Σηλογραφία

DE

G E M M I S

Quam

Summi Numinis Auspicio

*Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
consensu*

In Illustriss. Elector. Brandenburg.
Viadrinâ

*Publicè videndam, considerandam & ventilan-
dam exponit & proponit*

M. ERNESTUS Werffst-phull

Regismontanus Marchicus

Præses

Respondente

THOMAS HESIO Mariæburgensi

Boruffo:

d. 7. Decemb. Anni 1622.

Exordium conflictus erit h. 7. matut. in Acroa-
terio Philosophorum Majori.

Typis JOHANNIS EICHORN.

93.

105



Nobilissimis Strenuis & Fortissimis Viris,

**DN. LUDOVICO à Börstelln/
Capitano Lebusiensi & Fürstenvvaldensi lite-
ratissimo, & Illustrissimo ELECTORI Bran-
deburgico à Consilijs,**

Juxtà ac

**DN. CONRADO à Burgstorff/
Potentissimo ELECTORI Brandebur-
gico à Cubiculis & Consilijs cum S A G A-
TIS, tum togatis,**

Dominis & Patronis meis maxime colendis:

Nec non

*Viris Amplissimis, Prudentissimis, Eruditione,
Integritate, plurimog, rerum usu prestantissimis*

**Dnn. CONSULIBUS, CAMERARIIS,
Prætori, & reliquis Senatoribus laudatissimæ Rei-
publ. Francofurtanæ ad Oderam,**

*Fautoribus, Promotoribus, Amicis, & Compatri-
bus meis charissimis,*

**Hoc γύμνασμα publicum, persecutionis sola-
tium summissè offero**

**M. Ernestus Werstphull Præses
& Auctor.**



DISPUTATIONIS

De

G E M M I S

T H E S I S I.

Domissa sunt servanda Matth. 5. v. 37. Ja-
cob. 5. 12. Ego promisi hinc Amplissimo
Philosophorum, Fautorum & Amicorum
Collegio Disputationem publicam: Jam
ne foras promississe videar, Mostell' exhi-
beo, aut timidius forsan, cum Philosophi-
ca per Novennium & ultra non tractaverim, si non ani-
mi recolligendi gatiã per Transennam intuitus Decet
tamen Theologiæ studiosum maximè Philosophia, &
hanc deceat veritatem solam honorare. Hinc Justinus
ad Antoninum Imperatorẽ, *πρέπει φιλοσόφως τὸ ἀληθὲς
μόνον τιμᾶν.*

Th. 2. Philosophari itaq; impræsentiarum allu-
bet DE GEMMIS, seu de Lapidibus pretiosis, itã ta-
men ut moderatè ac *φιλανθρωπῶς* ubivis agatur, nec er-
rans subito damnetur, monente Nazianzeno *περὶ εὐ-
ταξίας.*

A

3. Mate-

3. Materia de Gemmis est pretiosa, jucunda, Regia etiam, quæ maximè decet Viros Illustres, & Principes: Principes enim Gemmas gestant, recondunt, & ipsi habent in sacco ut possint coemere. Sic Platina p. 339. etiam de Papa Romano Paulo 2 refert, quod multas opes in Mitram contulerit, coemptis undiq; ac magnis precijs Adamantibus, Sapphiris, Smaragdis, Chrysolithis, Iaspidibus, Unionibus, & quicquid gemmarum in precio est, quibus ornatus tanquam alter Aaron, in publicum forma humana augustiore prodibat.

4. Hanc materiam elegimus, ut si non prodessemus, saltem aliquantisper delectaremus, præsertim Nosmet ipsos cruce hætenus sat pressos, & probè vexatos per Lupos Vespertinos Zephan. 3. Ast sicut in monte Perazim sic stabit Dominus, ut faciat opus suum, alienum opus suum, & operetur operationem suam, alienam operationem suam, Es. 28. v. 21.

5. Ex Physiologiâ Peripatetica notissimum hoc, Lapides, qui neq; calore Solis, neq; Malleis diduci & extendi possunt, esse vel Vulgares, vel Pretiosos, Gemmas dictos. Vulgares sunt vel Porosi, ut Tophus, Tofus, Pumex: Vel Solidi *σχεροί*, inter quos Smiris, Marchasita, & Marmora, Alabastrites, ophites, Porphyrites &c. (Nota, *σμίρις* Smyris, lapis est, quo gemmas annularij exenterunt, & gingivis quas humor vexat prodest, Dioscorides lib. 5. c. 123. *σμιρίτης λίθος* extat Job. 41. v. 8. *τὰ ἔγκυρα αὐτῆς αἰσπίδες χαλκᾶι. σύνδεσμος ἢ αὐτῆς, ὡς περ σμιρίτης λίθος*, quod Lutherus non habet, sed ita: *seine stolze Schuppen sind wie feste schilde / fast vnd enge in einander* / Hebr. Sagur chotam Zar, clausus annulo angusto. Confer hîc Fontes, & mirare græcam versionem.) De his

his Vulgaribus hac vice non agemus: sed animum ad pretiosos, hoc est Gemmas intendemus.

6. Gemma propriè est Germen nitens & rotundum, principio Veris ex Ramis, & imprimis Vitis protuberans. Adhujus igitur similitudinem lapilli pretiosi Gemmæ appellari solent, quia plerumq; ad parvam & rotundam ejusmodi figuram proximè accedunt, Vide Comment. Joh. Magiri in Phys. suam lib. 5. c. 2.


7. Definitio Gemmarum arridet, quæ extat in Rudim. Phil. natur. Seidelij Querfurtensis lib. 2. cap. 5. ubi ait: Gemmæ sunt lapilli pretiosi, rari, ob puriorem & subtiliorem materiam speciosi.

8. Gemmæ aliæ sunt Nobilissimæ, aliæ minùs Nobiles Nobilissimæ recensentur ab aliis alio & diverso ordine, quæ diversitas facilè Memoriam, Platoni Matrem Musarum, turbat; Nos ut Memoriam aliquò usq; adjuvemus, ad Ordinem Ordinum, quem ipse Deus graphicè præfiguravit, respiciemus, fiat autem id vestrà pace REVERENDI PATRES. Tu verò MISERICORS PATER clemens nobis balbutientibus appare, uti apparebas, quando sub pedibus tuis erat quasi opus Lapidis Saphyrini, & quasi ipsum cœlum, cum est clarum, Ex. 24.

9. Quis ille ordinum ordo? Attende cap. 28. Exodi, ibi Moses accipit Mandatum de Vestibus Sanctis Aharoni adornandis, ut sunt Pectorale; vel ut latinus interpres vertit Rationale, Ephod, Interula, Tunica inclusos habens lapides, Galerus, & Baltheus. v. 15. præscribitur etiam ad oculum, quomodo pectorale judicij fit faciendum, opere ingeniosi Artificis, secundū Opus Ephod; Pergit Deus & porrò ait: Pectorale Judicij Quadrangulum

drangulum erit, & duplicatum habens palmum in longitudine sua, & palmum in latitudine sua. Implebis quoq; ipsum (Tu Moses) insitione Lapidum, nempe quatuor ordinibus Lapidum: ubi benè notabis Deum hinc non intelligere Lapides Ignobiles, sed potius Maximè Nobiles, quos Moses debebat accuratè conquirere.

In primo Tur.

Th. 10. I. *Odem*  S. Münst. vertit Sardium, Lutherus consentit eim *Sarder*. Latina Vulgata habet: in primo versu erit Lapis Sardus, *sardios* extat Apoc. 21. v. 20. LXX. interpretibus placet *sárdios*, Ex. 28. Plinio dicitur sarda: sed sardius & sarda differunt Rucus lib. 2. de Gemmis c. 6. Luciano *sardw*. Omnitim optimè Tremell. vertit Pyropus, & Buxstorff. in Epit. Rubinus à colore rufo sic dictus, ut odam sit ex Adam, rubuit: Quibus etiam consentit Elias Levita. De Pyropo sic ovid. lib. 2. Metam.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammisq; imitante Pyropo.

11. Vires & virtutes Sardij, Timorem pellere, audaciam præstare, à veneficijs, maleficijsq; gestantem adferere, animo laticiam, ingenio quoq; acumen invitare. Et notabis, quòd Sardij mares acrius fulgent, ideoq; præstantiores habentur, quod & alijs ferè Gemmis commune est. Sardius gemma fulva, seu corneo colore rubens compescit etiam sanguinem è naribus fluentem.

12. Rubinus est Gemma rubea per tenebras in modum scintillæ alicujus micans. Corneola verò videtur
spe-

pecies esse Sardæ minus rubræ, & Scaliger ait, Cornelias ad Limadura regni Cambajæ lacteo colore erui.

Th. 13. 2. *Pitda* פִּיטְדָּה S. Münst. & Buxstorffio Topasius: hujus mentio etiam fit Job. 28. 19. ubi ita: Æstimationem ejus non adæquat Pitdat-cusch. Tremell: Topazius: LXX. τὸπάζιον, uti & extat Apoc. 21. v. 20. Apud Dionys. de situ orbis trisyllaba voce dicitur τὸπάζος, seu τὸπάζον. Et lapis sic est dictus πὰρὰ τὸ τὸπάζειν, quod est Troglodytarum linguâ quærere, eò quòd olim magno studio quæreretur. Plinius tamen lib. 6. c. 39. insulam TOPAZON gemmæ huic nomen dedisse scribit, ipsam vero insulam, quòd sæpè quæsita sit à navigantibus, à τὸπάζειν fuisse denominatam.

Th. 14. Topazium gemmarum amplissimam tradit Plinius, ut etiam Arsinoæ Philadelphi uxori statuam præbuerit quatuor cubitorum in delubro aureo sacram Rucus lib. 2. de gemmis c. 9. Duplex ejus differentia est priorem Prasoiden, id est, porraceam, πρᾶσον enim porrum est, alteram autem Chrysopteron, vel si mavis Chrysopterin (hoc est, ad filicis herbæ virorem inclinantem ἢ πλεῖς filix mas, herba est, de quâ Diosc. lib. 4. 178. ubi ait: Filici folia sine caule, sine fructu, sine flore, nuncupant.)

Th. 15. Chrysopteris Topazius, est Gemma aureo constans colore, trans fusa insuper blanda quadam viriditate ad glaucum accedente.

Th. 16. Topazio vires adversus sanguinis eruptiones tribuuntur: ideoq; vulneri admotus sanguinem è vestigio compescit: iracundiam præterea ac venerea cohibere creditur. Mirum etiam, quòd vires pro lunæ augmento, aut decremento evariet, ut & hinc lu-

naticos juvare perhibeatur, Hinc & Seidel. p. 387. valere dicitur adversus hæmorrhoidum fluxus, & lunaticam adfectionem.

[Sunt & qui hunc lapillum stulticiam pellere, delirium avertere, à momentanea morte ferentem vindicare, & Phrenitidi obnoxijis amuletum esse prodant]

Th. 17. 3. *Barakat* בְּרַקַּת Münst. Smaragdus, à בְּרַק Fulgor, ità ut gemma sit, quæ à fulgore sic dicta. Reperitur etiam בְּרַקַּת Ezech. 28. 13. ubi ità: In Hedene horto Dei eras, (in Delitijs horti Dei fuisti) omnes lapides pretiosi operiebant te, pyropus, Topazius, & Adamas, Beryllus Thalassius, Sardius & Jaspis, Sapphirus, Chrysopterus, (Münst. Carbunculus) Smaragdusq; cum auro; Heb. בְּרַקַּת וְזָהָב

Th. 18. Septuaginta vertunt *σμάραγδος*. Aliàs dicitur etiam *ὁ μάραγδος*, notante Athen. lib. 3. ex Menandro, *μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια*, Apoc. 4. v. 3. extat *σμαράγδινος λίθος σμαραγδίζειν*, est, Smaragdi colorem referre, sic colligitur Iris *σμαραγδίζειν* Apoc. 4.

Color, Th. 19. Habetur smaragdus viridium Gemmarum jucundissima primaq;. Nullus namq; color oculis æquè placet, quòd horum acies vi ore maximè demulceatur, ut & ea propter viridaria visus & animi recreandorum gratià petantur. Ovid. lib. 2. Amorum Eleg. 6. in mortem Psittaci:

Tu poteras virides pennis hebetare Smaragdos,
Tincta gerens rubro punica rostra croco.

Th. 20. Optimus Smaragdus apud Scythas in altissimis

simis Montibus, ac in Metallis aureis nascitur, unde non sine magno discrimine ac negotio solet adipisci: Gryphis alitibus ferocissimis in ijs auro nidificantibus, & illas tutantibus ab Arimasps unico in fronte mediâ oculo insignitis, viris armatis eò auri & Smaragdorum cupiditate nimia consuetis accedere.

Th. 21. Smaragdus gemma (non Smaragdus Exarchus ille Ravennæ, qui primus Ferrariam muris cinxit, Cosm. p. 479.) Vires adversus Venena omnia habet præstantissimas. Affirmant etiam serpentum oculos diffluere, si optimam Smaragdum diutiùs intueantur. Prodüt etiam Smaragdum Comitiali Morbo vel à collo pendulam, vel annulo gestatam, ceu Amuletum generosum prodesse.

Th. 22. Nonnullis dicitur Lapillus Castitatis, quod Rerum Venerearum impatiens sit: Hoc apud Autores exemplo probatur, de quodam Rege Vngariæ, cui cum rideret cum uxore suâ Gen. 26. Smaragdus annulo portatus in tres partes divulsus fuit. Ajunt Albertum Magnum hoc adseverare.

Th. 23. Disquisitione eget Smaragdum Opes augere: Coràm audiemus.

In secundo Tur.

Th. 24. 1. Nophech נֹפֶחַ Carbunculus Münst. Chrysoprasus Buxst. Sic Nophech extat Ezech. 28. & ibi itidem à Münstero vertitur Carbunculus, à Tremellio verò Chrysoprasus. LXX. ἀνθαξ, quod vocabulum Apoc. 21. non ponitur, sed χερσόπρασος. Ἀνθαξ verò græcis est & carbo, & Carbunculus gemma, ἀνθαξος σφραγίς, Eccles. cap. 35. Si credendum Scapulæ quod nos nondum facimus.

Th. 25.

Th. 25. Carbunculus à similitudine prunarum nomen fortitus, tametsi ignes non sentiat: unde & ἀπυρωτος dicitur, q. ignem non sentiens Reverendiss. noster Generalis in 28. cap. Exodi Sacræ, confer Plin. lib. 37. c. 7.

Th. 26. Seidelio Carbunculus est Gemma radians, seu lucens instar flammæ Ignis, etiam noctu Sic dictus à Carbone ignito, cujus similitudinem refert.

Th. 27. In sacris extat & alia Carbunculorum Vox פנינים h. est, lapides pretiosi in ignitū rubentes, Thren. 4. 7. Candidiores fuerunt Nazaræi ejus Nive, nituerunt præ lacte, rubuerunt ossa (eorum) supra gemmas, Ademu æzem Mippeninim, אדמו עצם מפנינים Luth. Ihr gestalt war röthlicher denn Corallen. Tremel. errat, Rubebant corpore magis, quàm carbunculi. Sic Prov. 20. 15. יש זרהב ורב פנינים Est aurum, sunt Gemmæ multæ, Münst. Tremellius non errat, Est aurum & copia Carbunculorum. Sic Prov. 8. 11. Nam Melior est sapientia Carbunculis, & omnia oblectamenta non possunt æquari ei.

Th. 28. Carbunculo subijciuntur 1. *Lychnitis*: Et est spinella quæ rubra est, parva, tenerior, & minus solida. In Pegu nominant *Carap*, Germ. ein gelbichter Rubin.

2. Granata etiam est Carbunculus subpurpureus per tenebras instar exiguæ scintillæ micans: Hunc Melancholiæ adversari & cor reficere credunt. Apud Turcas habetur in pretio Gemma *Almandina*, longè vividior luce atq; fulgore coruscans, quàm Granata. Hermolaus Barbarus impolitos ac Rudes Carbunculos

culos Alabandicos dici annotat ab Alabanda Cariæ
Urbe, Vide Junij Proverb.

3. Carbunculi Troezenij, qui sic dicuntur ab oppi-
do Peloponnesi Troezene; Amandin, Troezen v. est
è græco τροϊζήνη, vide Homerum Iliad. 2. v. 561. Et est
Thesei Patria, qui inde Troezenius heros appellatur
apud Ovid. lib. 8. Metam.

Hac Ixionides, illa Troezenius heros
Parte Zelex, raris jam sparsus tempora canis.

Th. 29. Gemmarum omnium carissimæ sunt Car-
bunculi, ut eadem sit earum cum reliquis comparatio,
quæ auri ad metalla quævis analogia. Iucundiores ta-
men existimantur quæ Amethysti zontes dicuntur:
quarum scilicet extremus igniculus in violam desinit,
ac purpuræ quandam effert anhelationem. Hos Ame-
thystizontes etiam agnovit Plinius.

Th. 30. Carbunculis proximam sibi gratiam di-
gnitatemq; Balagius coloris jucunditate & illecebra
facit: Lapis quidem colore rubro & præ lucido, sed qui
super affuso sublanguido quodam fulgore carmesinum
vulgò dictum colorem quadantenus referat.

Th. 31. 2. Sappir ספיר Saphyrus vel Saphirus,
Cant. 5. 13. Est visceribus ejus nitor Eboris tecti Sapphi-
ris, Tremell. Ast Münst. Venter ejus est, sicut Ebur
politum, amictum Sapphiris,

מעיו עשתשו מעלפת ספירים:

Difficultas oboritur Job. 38. 37

מי יסכר שחקים בחפמה

Quis dinumerabit nubes in sapientiâ? Aben Esra ex-
plicat, quis disposuit eas tanquam Sapphirum: Hinc &

B

Tremell.

Thren. 4.
Sappir
gitz ra-
tam, Ibr
ansehen
war wie
Sappir.



Tremell. Quis Sapphirinas efficit nubes sapientiâ? Ast
divus Lutherus colludit cum Rabbi Salomone, quod &
faciunt LXX. reddentes, *τις δὲ ὁ ἀγθμῶν νέφισοφία;*

Th. 32. Græcis hæc Gemma dicitur *σάπφειρος*,
Estq; eximia duritie & colore cœruleo, aliàsq; Syrtidis
appellatur; Est gemma valdè dura transparens, co-
loris aërij seu cœrulei, aureis nonnunquam punctis seu
granulis collucens. Rutilans color Sapphiri est candi-
di, & ejus, quem *Satrinum* vocant. Adverte hîc Scri-
bonium.

Th. 33. Sapphirus valdè recreat oculos: epō-
tus adversus bilem nigram & ictus Scorpionum valet:
Anthracem, quem nos vocamus pestilentem Caribun-
culum, curat vel solo contactu, si Alberto Magno cre-
dimus.

Th. 34. Antiquitùs Sapphirus sacra erat *Joni*
Phæboq; Et aliæ Sapphiri sunt Orientales seu Indæ,
sunt & quæ *Podia*, à loco scilicet suæ generationis, ap-
pellantur. Invenio inquit Rueus lib. 2. de gemmis c. 2.
quoq; illam & Syrtitem, ab inventionis loco, vocari:
Quanquam non eam putaverim esse, cujus Plinius me-
minit lib. 37. hist. natur. c. 10. his verbis: Syrtitæ in
littore Syrtium, jam quidem & in Lucania inveniun-
tur, è melleo (croco) colore refulgentes, intus autem
stellas continent languidas.

Th. 35. Apud Medos etiam Sapphiri reperiun-
tur, & ex supremam sibi Majestatem vendicant. Cre-
ditur hæc Gemma maximè Ecclesiasticos Præsules de-
cere. In ipso conflictu dispiciemus, num Dioscorides
fenserit, quòd Sapphirus araneam in pyxide repositam
occidat, si diutius supra animantem pendula ad movea-
tur.

tur. Sapphirus Joh. Magiro castitatem conservat, & cor corroborat, lib. 4. Phys. cap. 2.

Th. 36. 3. *Jabalom* יהלם Adamas (יהלם Buxst.) à contusione sic dictus, quod pertundit ac confringit omnes alios lapides: Nam מהלמות sunt contusiones Prov. 19. 29. Parata sunt derisoribus judicia, ומהלמות לגו כסיליו & plagæ tergo stultorum. vnd seind Mahalümot, solche contusiones, die Meißer Hans pfleget auff den Rücken zu geben. Septuaginta habent ἰασσις, sed valdè errant, ut post manifestius liquabit. Apoc. 21. Adamas non extat in græco: Luth. rectissimè ein Demand. græcis est ὁ ἀδάμας ita dictus à duritie quasi indomita, qua de re consule Plin. lib. 37. c. 4. & Hesiod. in Scuto Herculis, ubi ita:

κρατὶ δ' ἰσθίμῳ κινέην εὐτυκλῶν ἔθηκε
δαυδαλέην, ἀδάμαστος, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν
ἀνδροδάμας est alia gemma, sic dicta quod hominum impetus domet, Plin.

Th. 37. Adamas est lapis durissimus, qui neq; igne, neq; ferro mollescit. Vel est gemma translucida colore ferro candenti non absimilis, inenarrabilis duritiei & pretij. Quomodo differant Adamas Cenchros, Macedonicus, Cypricus, Siderites discite ex Comment. Joh. Magiri.

Th. 38. Adamas fatiscit hircino sanguine, maxime si aliquot ante dies hircus petroselino, silere montano, & vino sit educatus. Eundem Adamanta etiam Plumbo dissolvi authores tradunt. Siderites ictibus cedit & malleis, adeo videlicet ab Adamantis naturâ palam degenerans.

B 2

Th. 39.

NB.

P. 74.

Th. 39. Adamante presente Magnes ferrum non trahit, consule Scaligerum, & alios.

In Tertio Tur.

Th. 40. 1. *Læschem* מִשְׁלֵי Münsf. Lyncurius, Buxst. Cyanum vertit, & dicit esse lapidem pretiosum carulei coloris. Chaldaicè קִנְיָרִי Luth. ein *Lyncur* ter. Alij vocant Lyngurium ab Vrina Lyncis, unde nascitur, appellatum, Electro vel succino non dissimilis. Plinius lib. 8. c. negat esse gemmam, & alibi in Lyguria nasci gemmam affirmat: Vnde multi doctiores Lygurium hunc lapidem appellandum esse censent, scribe te Reverendissimo nostro Pelargo in Exodum S. Græci Ex. 28. habent τὸ λιγύριον, Alij etiam τὸ λίγυρον. Joseph. de antiq. Jud.

Th. 41. Non gravaberis hîc discurrere de Cyano, per Cyanum enim vertebat *Læschem* Buxst. ο κύανος sive κυανός græcis est 1. color caruleus. 2. lapis sive succus in metallis concretus, carulei coloris, Pedacius Dioscorides Anazarbensis lib. 5. cap. 66. vocat κυανὸν λίθον, Cæruleum lapidem, Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiensis *Ceruleum*. Foditur lapis in Cypro ex ærarijs metallis: Largiùs id ex arena litorali, vel ut habet And. Matthiolus, copiosior ex arena litorali secundum quosdam subcavatos specus maris invenitur, qui magis probatur. Eligi debet inebriatus, Vritur ut chalcitis, lavatur ut Cadmia.

NB.

Th. 42. Officinæ Avicennæ doctrinam secuta, Cæruleum lapidem vocant Lapidem Azuli, vel Lazuli. Probatissimus est, qui scintillis aureis emicat Azulus atram bilem pellere creditur: Quoniam vero Avicen-

Avicenna tradidit, quo facit Mesves, Azulum septicae ac putrefacientis esse facultatis, non desunt è recentioribus, qui Azulum detestantur, quemadmodum & catapotia, quæ ad atrabiliarios affectus ex lapide ipso cæruleo passim in Pharmacopolijs parantur, è quorum numero est Fuchsius in suis paradoxis, Vide Matthiolum in Comment. super lib. 5. Dioscor.

Th. 43. Lis exorta super verbis Plinij lib. 37. quando dicit: Reddetur & per se Cyanos accommodato paulo antè Jaspidis nomine colore cæruleo. Optima Scythica, dein Cypria, postremò Ægyptia. Adulteratur maximè tinctura, idq; in gloria Regis Ægypti ascribitur, qui primus eam tinxit. Dividitur a, hæc in mares, foeminasq; &c. Litem coràm audiemus, & pro facultate decidemus.

Th. 44. Si appetis descriptionem, hæc cape, Cyanus Gemma est lapillus substantia quidem Jaspidi haud absimilis colore cæruleo. Sunt quiasserant Cyanum, pueris à collo gestatum nocturnos arcere pavores. Cyanus etiam collo appensus prægnantes ab abortu adferere perhibetur.

Th. 45. 2. Schefo אכאט Münst. Achates, ex שבת צב Captivū cepit. Judæis Germania Topazius est; Luth. ein Achat. Achates ab Achate Siciliae fluvio, ubi primum est reperta, denominata, versicoloribus venulis ità distincta, ut & nemorum & fluviorum, & montium nonnunquam & jumentorum & currum speciem referat.

Th. 46. Achates prudentiam ac facundiam præstare creditur. Et est tam varij generis, ut unum lapidem vix esse credas. Celeberrimus est in historijs A

chates Pyrrhi, Epirotarum Regis: Sed fides hujus nar-
ratiunculæ sit penes scriptores. Achatem alij dicunt
gemma nigram circulis nigris in medio, albis junctis
& variatis: Alij vero dicunt esse gemmam coloris flavi,
vel subcinerei, in croceum tendentis, & pulcrè tamen
pellucidi, Vos Illustrissimi Principes, vos reliqui Pri-
mates monstrate nobis Achatem, ad oculum; ut res
componatur. Achates scribitur adversari araneorum
atq; scorpionum ictibus, & ore contentus sitim arce-
re adstruitur, *Hienit würde Sauffaus wol nicht zu fries-
den sein.*

Græci Ex. 28. habent rectè *ἀχάτης*.

Coraloachates est Gemma ex Achatae generibus si-
milis corallo aureis guttis distincto.

Th. 47. 3. *Achlamab* אַחְלָמָב Münst. Ame-
thistus. Buxst. Amethystus, sic dictus à Chalom vel
Chaldaico Chalem. Quod gestantibus eum somnia
inducit. Luth. ein Amethyst. Amethystus est coloris
purpurei, inq; vini colorem desinentis, transparentia
aliquantulum obscuræ, & Heb. Achlamah dicitur, quod
adversus somnia valeat, si in digito gestetur. Græcis
Ex. 28. rectè *ἀμέθυστος*, ab *a* privativo & *μεθύσσω* (ine-
brior) dictus, quod alligatus, umbilico ebrietatem
prohibere, fumos vini in cerebrum tendentes retrahe-
re vel dissipare creditur.

Th. 48. Veneris Gemma vocatur Amethystus
ob coloris luxum & illecebram: Homini contra Topi-
ca amuletum est. Alij volunt ipsum arcere malas co-
gitationes, & præcox felixq; ingenium efficere. Arri-
ge & tu Aulice aures, si vis principibus gratus reddi,
porta Amethystum.

In quar-

In quarto Tur.

Th. 49. 1. *Tarschisch* מִיִּשְׁרָאֵל Münst. Chrysolitus, Buxst. Beryllus Thalassius, sive Marinus. Luth. ein tarschisch. Pel. Tharsis, alij Chrysolithum reddunt auro similem cum marini coloris similitudine. Græci Ex. 28. χρυσόλιθος habent. Chrysolithus est Gemma lucida, dura, rutilo dilutior, & stupidior, colore auri Rhœnani, quæ in Æthiopia invenitur. Miræ est frigiditatis, hinc posita sub lingua sitim febricitantium evidenter restinguit. Quidam credunt, si ita gestetur, ut carnem tangat, Venerem eâ coerceri.

Th. 50. Alij dicunt Chrysolithum esse gemmam lucidam, aurei coloris, varietate & nitore lucis nitentem Melancholiæ adversam. Reperiuntur etiam Chrysolithi in Germania natæ, in jugis scil. Mysinacis & locis conterminis, splendore tamen ad candidum languido, quàm aliæ magis fragiles. Asthmaticis Chrysolithum conferre tradunt.

Th. 51. Risu videtur excipiendum, quod Thetel Judæus Philosophus Philosophatus: Chrysolithos reperiri insignitas foemina, una manu avem alterâ vero piscem continente.

Th. 52. Quid verò de Torcoide judicas? Torcois alia est Hispanica, alia Indica. Indica est preciosissima, & conspicitur herbaceo, & cyaneo quodam lactescente nitore, Rarò citra rimam, venulamve reperta, Visum & cor recreare dicitur. Dan. 10. v. 6. Sein Leib war wie ein tarschisch/ corpus ejus erat sicut (lapis) Tharsis.

Th. 53. Beryllus θαλάσσιος est, qui viriditatem puri maris imitatur. Probatissimi sunt, qui limpidi maris viro-

virorem proximè referunt, contra segnitiam pollent,
& conjugatos invicem conciliant.

Th. 54. 2. *Schobam* מִשְׁחָבָם Münst. Onychinus, Buxst.
Sardonyx, Extat Ex. 25. 7. Hæc autem est oblatio illa,
quam accipietis ab eis: aurū, argentum &c. & ad suffitū
aromata, Lapidēs Sardonyches, & lapidēs insitivi pro
amiculo, & pro pectorali sacro; Heb. מִשְׁחָבָם
Lapidēs Onychini, Luth. Onichstein. Ex. 28, v. 20. Onich.
Onyx v. est Gemma pellucida, unguis digitorum huma-
norum carnibus impositi colorem referens, & mollis.

Th. 55. Sardonyx sic dicta, quod sit quasi composita
ex Onyche & Sarda, & tamē reverà est simplex gemma.
Polycrates Samiorum Tyrannus valdè fortunatus, in-
signem habuit, quem in mare à se abjectum paulò post
recepit in ventre piscis repertum.

Th. 56. Onyx creditur animi fastum arcere, si hoc
est verum, maximè proderit tibi, qui es *ὁ δονῶν τῶν ἑρα-
νίων ἀσφα ἀπὸ τοῦ θαι* 2. Maccab. 9. v. 10.

Th. 57. 3. *Jōschpba* יָשׁוּבָה Münst. Jaspis. יָשׁוּבָה
Jaspidis plura ab autoribus enumerātur fastigia: Ea ta-
mē quæ apud Indos nata Grāmatias, alijs Polygrammos
vocata, quæq; virens, Smaragdo quadantenus similis
pellucet (ut & hinc sola substātiæ crassitie ab hoc descif-
cere ferè videri possit) supremā obtinuit majestatem.

Th. 58. Jaspis mulieribus menses cohibet drachmæ
pondere devoratus, Et qui Grammatias dicitur, prædi-
catur ferentem adeò contra aquæ injurias adserere, ut
& hunc à submersione vindicare possit.

Th. 59. Quædam Jaspis Græcis dicitur *ἀσπίδισσα*, quæ
nostris est Turcesia seu Turchesia, non dissimilis aëri:
quædam

quædam lineis albis resplendentibus præcingitur, & Af-
syrios appellatur: Alia Terebinthinæ similis, quæ Te-
rebinthizusa dicitur: Alia colore callaida gemmam
æmulatur. Non desunt superstitiosi, qui dicant Jaspidas
homines reddere gratos, potentes ac tutos, si quibus-
dam magicis verbis admurmurêtur. priusquam suspen-
dantur, Vide Matthiolum Comment. in lib. 5. Diolcor.
c. 17. Sed sufficiat hæc de Nobilissimis nonnullis deli-
basse ex ordinum ordinè.

Th. 60. Sequuntur minüs Nobiles quæ sunt, ut obi-
ter saltem tangam, Nam controversias ad ipsum confi-
ctum relegamus. 1. Crystallus. 2. Corallium. 3. Ga-
sates. 4. Hæmatites. 5. Magnes & aliæ quam pluri-
næ, quas ex Autoribus huc exposce. Nos vela contra-
himus, Nam Ecclesiastæ 3. v. 5. ita: *καίρος τῆ βαλκεῖν λίθους,*
καὶ καιρός τῆ συναγαγεῖν λίθους.

ἰπιδοςπίσμαλα.

1. An vox Abracadabra sanet Hermitriteum? Val-
dè Hæremus.

2. Cristalli fit mentio Job. 28 his verbis: Non po-
test ad æstimationem ejus venire aurum aut Crystallus:
זכוריו!

3. Brasavolus Ferrariensis author est, Impostores ef-
fe, qui lapidem Amiantum simplicibus Mulierculis o-
stendant, vendantq; sæpenumero pro ligno crucis ser-
vatoris nostri. Id quòd facilè credunt, eum igne non
comburatur.

4. Expende illud Job. 28. v. 18. Corallia (Ramos) &
Gabis in memoriam non veniant. Sandastri.

5. Lapis Bezahar est Mollis, colore flavo, sapore
nullo:

nullo: sed differt ab illo, qui in cervorum oculorum
angulis gignitur.

Job. 28. 6. Perpende & hoc: Ferrum de pulvere sumitur, &
ex lapide æs funditur, Aus den steinen schmelzet man Erz.

7. De Bdellio, Gen. 2. si nobiscum egeris, rem gra-
tam feceris.

8. Quid videatur tibi de **שֹׁהַרֵּת** Esth. 1. v. 6. de lapide
pario, marmoreo, dario, & Sohæreth, tandem conclu-
de.

9. Carbunculum amisit Clemens 5. Papa ex equo
deturbato, precij aureorum sex millium, Platina p. 249.

10. Aleatorias in ventriculo capi invenitur, crystal-
lina seu aquea specie, magnitudine fabæ, Germ. ein
Kappaunenstein.

11. Bufonites nascitur in capite bufonis.

12. Sal Gemmæ (qui est sal fossilis è fodinis eru-
tus Crystalli in morem translucens, & can-
didus) Gemmis finem
imponat.

F I N I S.

Ja 666

ULB Halle
002 177 021

3



5b-700




Von 7

MC







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ϕia

93.
105

PLIS

Auspicio

losophicae

andeburg.

am & ventilan-
nit

Werfft-phull
chicus

lariæburgensi

622.

matut. in Acroa-
Majori.

ICHORN.

